MAGNUM LEGENDARIUM AUSTRIACUM (PARS IV)

Klosterneuburg, Anfang 14. Jh.

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=908
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

Generale prebuit. Nemo
repente fit summus. Pri
mo didicit possidere. de
inde possessa contemp
nere. Et quamuis non simul
ter in fine omnia libenter
contempserit. que transi
torie possidebantur. non
tamen statim exquo pos
sedit dedit. Quare? Vo
luit deus illum plura pos
sidere. et ad cumulum
glorie sue plura relinquere.
Cum enim ex donati
one archiepiscopi cantuarie
et aliorum plures haberet
redditus qui ei sufficere
possent. quibus compendii
causa supersederet. creuit
tamen facultas. ut cres
ceret et gloria. Verissima
est domini sententia. qua
ait difficile esse diuitem
intrare in regnum celorum.
Sed uerbo impossibilita
tis amoto temperamen
tum est sermo difficulta
tis. Quis enim umquam di
ues uel pauper sine dif
ficultate regnum celorum
introiuit? Neque enim
quis coronabitur. nisi le
gitime certauerit. Reg
num siquidem dei uim
patitur. et uiolenti ra
piunt illud. Et si iustus
uix saluabitur. impius
et peccator ubi parebunt?
Ut igitur copiosa esset beati
thome familiaris re
nunciatio. creuit possessio.

Decedente enim ar
chidyacono cantu
arie. uniuerso clero postu
lante. populo acclamante.
archiepiscopo theobaldo acqui
escente. immo preeligente
beatus thomas quasi
bonus qui bonis pol
let moribus. in archidy
aconatum feliciter subro
gatur. In quo summopere stu